

SAM. ET JO. SAMUELIS STRYKII
SUPPLEMENTUM
DISSERTATIONUM
ET
OPERUM,
SIVE
TRACTATUUM JURID.
ANTE HAC EDITORUM ET INEDITORUM
VOLUMEN XIII. ET XIV.
CONTINENS
SELECTAS JURIS MATERIAS.

- I. De cautel. contractuum, cum additam.
II. De Statuis Rolandinis.
III. De jure Statuum Imperii circa sacra.
IV. De secularisatione.
V. De statu Germaniae circa subditos.
VI. De jure Portionis alimentariae.
VII. De dignitatibus Imperii Germaniae.
VIII. De absoluta Principis potestate.
IX. De accisis.
X. De Pace.
XI. De sarcina emigrantium.
XII. Commentar. in Aur. Bullam.
XIII. De causis ad Cameram Imper. non appellabilibus.
XIV. De jure septidui.

- XV. Eines Christlichen JChs Bedencken von Injurien-Processen.
XVI. De Natura Matrimonii.
XVII. De origine & usu Jurisdic. Ecclesiasticae.
XVIII. De qualitate & jure person. matrimonium contrahentium.
XIX. De Hamburgens. Testament.
XX. De Philosophia Principum.
XXI. De Auro Obryso & Argento Pusulato.
XXII. De eo quod justum est circa identitatem.
XXIII. De Favore testamentorum non favorabili.
XXIV. De libertate sentiendi non libera.
XXV. De dissensu utriusque desponsatorum.
XXVI. Praesidium Religionis Evangel. ex jure Canon.
XXVII. De desertione conjugum malitiosa.
XXVIII. De jure servitutum praedial. bodierno.

ACCESSIT
INDEX RERUM PRAECIPUARUM.
CUM PRIVIL. SACRAE. CAESAR. MAIEST.

FRANCOFURTI ET LIPSIAE.
APUD JOHANNEM FRIEDERICUM GAUM.

MDCCLII





TRACTATUS
DE
CAUTELIS CONTRACTUUM NECESSARIIS.

SECTIO I.

Continens Contractuum Generalia.

CAPUT I.

DE
CAUTELIS IN GENERE.

SUMMARIA.

- | | |
|--|--|
| <p><i>Cautela derivatio. Quot modis caveatur? Cautio scripta. §. I.</i>
 <i>Cavere pro disponere. §. II.</i>
 <i>Cavere pro providere. §. III.</i>
 <i>Cautela vox an in Jure occurrat? §. IV.</i>
 <i>Remedium Cautela synonymum. §. V.</i>
 <i>Definitio. §. VI.</i>
 <i>Genus Cautela. Differentia. §. VII.</i>
 <i>Cautela LL. adversae rejiciuntur. Exempla. Cum periculo salutis conjuncta. §. VIII.</i></p> | <p><i>Malan Cautelis acertere licet. §. IX.</i>
 <i>Contrahentibus qua ratione permissa lesio? Absque dolo. §. X.</i>
 <i>Finis Cautelarum. §. XI.</i>
 <i>An in Jure conscientia licita? §. XII.</i>
 <i>Divisio. Cautela abundans. §. XIII.</i>
 <i>Abundans non nocet. Necessaria ab illa differt. §. XIV.</i>
 <i>Insolita cautela suspectum faciunt contractum. Limitatio. §. XV.</i></p> |
|--|--|

§. I.



De Cautelis Contractuum acturus, necessum duco cum Ulpiano in *L. 1. ff. de J. & J. prae-*missis, unde nomen Cautela descendat. Et quidem illud a cavendo derivari, vulgo notum est; Cavere tamen non eodem significatu capi, paucis exponendum. Vulgaris acceptio apud *Jctos* est, qua cavere idem, quod securam praestare adversarium; unde cautio nihil aliud est, quam quod Germanis *eine Versicherung*, quae Cautio vel personis praestabatur, quae postea speciali nomine vocata Satisfactio, *L. 1. prin. ff. Qui satisf. cog.* vel praestabatur rebus, *L. 3. §. penult. ff. de Pignor. act. L. 188. ff. de V. S.* in quibus aliquando plus cautionis esse dicitur, quam in personis, *L. 25. ff. de R. J.* vel praestabatur verbis, iisque vel ore prolatis, vel scriptis: illa vel jurata sunt, quorum pertinet cautio juratoria, *L. 17. de Dignit. L. un. C. Ut omnes jud. vel simplicia, quorum*
Vol. V.

pertinet cautio nude promissoria, §. 2. *Inst. de Satisfact. L. 2. §. 6. ff. de Judic.* Haec scripta cautio quandoque simpliciter pro Chirographo capitur, *C. Si cautio. 14. X. de Fid. Instrum.* vel pro instrumento obligationis, *L. 28. §. 4. C. de Administrat. tut. L. Loita. 40. ff. de Reb. cred. si cert. pet. L. 5. C. de Convent. fidei. deb.* quorum Senecae locus pertinet *Lib. 7. de Benefic: Vides isthic Diplomata, & Syngraphas, & Cautiones*, vel pro instrumento liberationis, quem sensum tamen Cautiois vocabulum per se solum non habet, sed addito quodam Epitheto; ut Cautiones Apocharum, *L. 6. C. de Susceptor.*

§. II. Porro Cavere idem denotat, quam disponere, quid in futurum fieri debeat. Inde Lege cavere dicitur apud Tacit. *Annal. Lib. 2. c. 50. n. 2.* quod & in Jure nostro non infrequens est, cavet enim Lex, *L. 28. C. de Usur.* quo sensu praesertim LL. Cautio adducitur in *L. 1. C. Theodos. de Privileg. corporat.* Cavet Praetor, unde perpetuo Edicto cautum esse dicitur in *L. 11. C. de Collat.* Et cum Testatoris voluntas ejusdem autoritatis esse dicatur quam Lex, *Nov. 1. c. 1. & ipsi, quid in futu-*
rum